



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt L. Enascens Dissensiones Scintilla mox extinguitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio: quæstiones n. magis excitare inanes, quã utilitatis aliqd afferre solet. Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu vita id cauere debemus, ne ratione nimius animi motus excludat, sed teneamus consilii locũ: ita et in sermone formulam eã tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostra, aut ignauia aliqua exprimamus indicia. Sit ergo sermo hominũ de scripturis maxime. Quid n. magis nos oportet loqui, quam de conuersatione optima, adhortatione obseruationis, disciplinaeque custodia? Habeat caput eius rationem, & finis modum. Sermo enim radios iras excitat.

## CAPVT L.

## ENASCENS DISSENSIONIS SCINTILLA MOX EXTINGUATUR.

§. **Q**UOD si discordia aut contentio orta fuerit, ne crescat mox in stirpe, elidatur. Sol non occidat super iracundiã vestram. Ephes. 4. vers. 26. Quia sicut acetum, ait S. August. epist. 87. corrumpit vas, si sibi diutius fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Idem S. Augustin. *Ira degen-  
rat in odiũ.* tomo 1. regula 37. & epist. 109. Lites, inquit, aut nullas habetis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis 1. Ioannis tertio, versiculo decimo quinto. Qui odit fratrem suum, homicida est. Contra implacabiles & inexorabiles tota pugnat distinctio nonagesima.